

tonitatis. et ad honorem sanctorum eius atq; ad pfectum qui postsumi sunt hominum quatenus scdm imitationem eorum conuersantes eisdem et nos honoribus digni efficiamur. a iusto mercedum retributore deo. Efficiamur igitur dilectissimi et nos consumatores prescriptarum recitacionum sancti huius patris Iohannis eleimonis et quasi incole existentes et peregrini in vita ista. in eternum thesaurizem? futurum bonum per largam que indigentibus tribuitur donationem. Quinimodo fin diuinitus inspiratam ap[osto]l[ic]am. qui seminat in benedictionibus. de benedictionibus metet. et per corruptibilibus eterna que oculus non vidit nec auris audit. nec in cor hominis ascenderit que preparauit deus diligentiibus se que omnes nos impetrem? per gratiam et misericordiam domini nostri. cum quo est patri vna cum sancto spiritu gloria et honor et imperium nunc et semper in secula seculorum Amen.

Explicit de sancto Iohanne eleymone patriarcha alexandrino.

Incipit vita sancte Eugenie virginis

cuius passio xiiij. kal. Januarij agitur

In septimo igitur consulatu suo commodius imperator dixerit illustrissimum virum Philippum ad egiptum ut prefecturam ageret alexandrie. et omnes portantes que pertinetiam egipti administrare eius arbitrio deseruiret. Sic itaque cum uxore Claudia cum duobus filiis Auito et Sergio. et cum filia Eugenia. ab urbe romana ad urbem alexandriam. dum venissent et romana grauitate ageret prefecturam. atque omnem puinciam egipti romanis legibus ordinaret. cum etis quidem magicam curiositatem sectantibus finem imposuit. iudeos vero nec nuncupationem nominis habere permisit. christianos autem procul ab alexandria tantum debere esse constituit. Ipse vero plus licet philo-

sophorum amicus quam fautor ydolorum. Romanis tamen superstitionibus ac in religiosis cultor instabat non rationi sed traditioni precor dans. Eugeniā igitur filiā suā. dum literis liberalibus perfectissime docuisset. et tam latino eam quam greco eloquio instruxisset enā philosophiā docere permisit. Erat enim acris ingenij. et tam in eorum capax ut quid quid audiendo semel vel legendo potius acciperet prope reineret. Erat ergo Eugenia pulchra facie. et eleganti corpore. sed pulchrior mente et formosior castitate. Igitur cum quoddecimo etatis anno ab aquilio aquilino consulis filio peteretur sponsa. interrogatur a patre utrum petenti iuvene illusterrimus ordo natalibus consentiret. Illa respondit. Satis moribus in natalibus eligendus est. ipso enim non parentibus eius utendum est. Igitur cum alijs atque alijs postcensibus aio castitatis obstitere peruenit ad manus eius beatissimi Pauli ap[osto]l[ic]i doctrina. Et licet sub paganissimis parentibus ageret. esse tamen cepit animo christiana. Et quoniam iussu fuerant christiani ab alexandria urbe discedere. rogat parentes. ut spectandi gratia permitteret. predicta sua in suburbio alexandrie posita circuire. Cuius statim ut poposcerat impetrasset. et ab urbe periret ad villam audiuit christianos psallentes et dicentes. Omnes dii gentium demonia. deus autem noster celos fecit. **¶** Hec ita audiens. suspirauit et fleuit et dicit ad eunuchos pueros nomine Prothum et Iacintum. Scio vos mecum literis etuditos. et digna simul et indigna hominum legimus gesta. philosophorum quoque filiosimiles. vano labore constructos. studio scrupulosissimo transelegimus. Aristotilica argumenta et Platonis ydeas. et Epicuri sectas et Socratis monita. et stoicorum et ut breuiter cuncta complectar. quidquid cantat poeta. quicquid orator inuenit. quicquid philosophorum cogitat. Una hac sententia excludunt. qua tripudiantes christianos audiunt. Omnes dii gentium demonia deus autem noster celos fecit.